**Pharmacopœia reformata in usum Noscomii Londinensis a Thoma Guy, Armigero, propriis sumptibus instituti et exstructi.**

**Contributors**

Guy's Hospital.
Brown, Joseph, active 1777-1799

**Publication/Creation**

Londini : Ex typographia Josephi Brown, in Vico, vulgo dicto, Fair Street, Horsly-down, [A.D. 1782]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/f7vrvh3y

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

MEDICAL SOCIETY OF LONDON

# Pharmacopœia Reformata

IN USUM

NOSCOMII LONDINENSIS,

A THOMA GUY, ARMIGERO,

Propriis Sumptibus inſtituti et exſtructi.

---

LONDINI:
Ex Typographia JOSEPHI BROWN, in Vico, vulgo dicto, Fair Street, Horſly-down.

# PHARMACOPOEIA, &c.

## ACETUM SCILLITICUM. Ph. L.

Doſis a guttis triginta ad ſexaginta bis die.

## ÆTHIOPS MINERALIS. Ph. L.

Doſis drachma dimidia bis die.

## AQUA ALUMINOSA BATEANA.

R Aluminis communis,
Vitrioli albi, ſingulorum drachmas duas,
Aquæ puræ libras duas.
Sales in aqua coquendo ſolve, et liquor per chartam colatus in uſum ſervetur.

AQUA ALEXETERIA SIMPLEX, } Ph. L.
—— SPIRITUOSA CUM ACETO, }
—— CALCIS MINUS COMPOSITA, }
—— —— MAGIS COMPOSITA, }

## AQUA CHALYBEATA.

R Limaturæ Ferri libram dimidiam,
Spiritus Vitrioli unciam unam,
Aquæ bullientis Congium unum.

Spiritus aqua miſceatur et limaturæ ſimul affundantur.

Doſis, libra dimidia bis die.

AQUA Cinnamomi spirituosa,<br>
—— hordeata, (cum Gummi)<br>
—— —— (cum Nitro)<br>
Menthæ piperitidis simplex<br>
—— Vulgaris simplex,<br>
—— —— Spirituosa,<br>
} Ph. L.

## AQUA OPHTHALMICA.

R Pulveris e Ceruſa compoſiti drachmam unam,
Aquæ Roſarum Damaſcenarum Uncias quatuor. Miſce.

## AQUA PIPERIS JAMAICENSIS.

R Piperis Jamaicenſis uncias duas,
Spiritus Vinoſi tenuioris congium unum,
Aquæ puræ q. s. ad evitandum empyreuma.

Diſtillatione eliciatur congius unus.

## AQUA PURGANS.

R Aquæ purgantis Lambethenſis libras tres,
Seminum Carui drachmam unam.

Coque

Coque ad dimidiam, deinde adde Mannæ unciam unam, vel ſalis cathartici amari unciam unam.
Doſis libra una mane bis terve in ſeptimana.

AQUA Pulegii simplex, ——— spirituosa, — Rosarum damascenarum, } Ph. L,

## AQUA SATURNINA.

R Aceti lithargyritis drachmam unam,
Spiritus Vinoſi tenuioris drachmas duas,
Aquæ diſtillatæ libram unam. Miſce.

BALSAMUM Locatelli, ——— Sulphuris simplex. } Ph. L.

## BOLUS ANTIMONIALIS.

R Æthiopis mineralis,
Antimonii crudi præparati,
Conſervæ flavedinis Corticum aurantiorum, ſingulorum ſcrupulum unum.
Syrupi ſimplicis q. s.
Fiat bolus, bis die ſumendus.

## BOLUS AD ARTHRITICOS.

R Mellis optimi grana triginta ſex,

Spiritus Terebinthinæ guttas viginti quatuor.
Miſce, et fiat bolus bis die ſumendus.

## BOLUS AROMATICUS.

R Nucis Moſchatæ ſcrupulum unum,
Electarii e ſcordio ſcrupulos duos,
Syrupi e Meconio q. s.
Fiat bolus bis die ſumendus.

## BOLUS BALSAMICUS.

R Balſami Locatelli,
Conſervæ Roſarum rubrarum, ſingulorum drachmam dimidiam,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiat bolus ter die ſumendus.

## BOLUS BALSAMICUS cum SULPHURE.

R Boli balſamici uncias octo,
Balſami Sulphuris ſimplicis unciam unam.
Miſce. Doſis drachma una ter die.

## BOLUS e CAMPHORA.

R Conſervæ fructus Cynoſbati ſcupulos duos.
Camphoræ grana quindecim,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiat bolus bis die ſumendus.

## BOLUS CARDIACUS.

R Radicis Contrayervæ,
Serpentariæ virginianæ ſingulorum grana quindecim,
Croci grana quinque,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiat bolus ter die ſumendus.

## BOLUS CEPHALICUS,

R Conſervæ flavedinis corticum aurantiorum ſcrupulos duos,
Caſtorei ruſſici ſcrupulum unum,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiat bolus ter die ſumendus.

## BOLUS CHAMÆMELINUS,

R Florum chamæmeli pulveratorum drachmam dimidiam,
Cum Syrupo ſimplici fiat bolus ter die ſumendus.

Interdum adduntur vel rhei pulverati grana quinque, vel Zingiberis grana decem, vel ſalis ammoniaci crudi grana decem

## BOLUS CÆRULEUS.

R Argenti vivi grana decem,

Conſervæ roſarum rubrarum ſcrupulum unum.
Terantur ſimul donec nulla argenti vivi veſtigia appareant, et fiat bolus hora ſomni ſumendus.

## BOLUS CROCEUS.

R Conſervæ flavedinis corticum aurantiorum ſcrupulos duos,
Croci ſcrupulum unum,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiat bolus bis die ſumendus.

## BOLUS EMETICUS.

R Conſervæ Roſarum rubrarum ſcrupulos duos,
Mercurii emetici flavi grana ſeptem.
Fiat Bolus.

## BOLUS e GUAIACO.

R Conſervæ flavedinis corticum aurantiorum drachmam dimidiam.
Gummi Guaiaci pulverati grana quindecim.
Cum Syrupo ſimplici fiat bolus bis die ſumendus.

## BOLUS e GUAIACO CUM MITHRIDATIO.

R Boli e Guaiaco ſcrupulum ſemis,
Mithridatii ſcrupulos duos,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiat bolus bis die ſumendus.

## BOLUS HÆMORRHOIDALIS.

R Electarii lenitivi drachmas duas,
Florum ſulphuris ſcrupulos duos,
Tartari vitriolati pulverati ſcrupulum ſemis
Syrupi e ſpina cervina q. s. ut fiat bolus bis die ſumendus.

## BOLUS HYDROPICUS PURGANS.

R Elaterii grana quatuor,
Radicis Zingiberis pulveratæ grana decem
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiat bolus bis ſeptimana ſumendus,

## BOLUS HYDROPICUS PURGANS TONICUS.

R Diagrydii grana viginti quinque,
Antimonii crudi,
Chalybis preparati ſingulorum grana decem.
Conſervæ flavedinis corticum aurantiorum ſcrupulum unum,

Syrupi Zingiberis q. s. ut fiat bolus bis ſeptimana ſumendus.

## BOLUS e MERCURIO DULCI SUBLIMATO.

R Mercurii dulcis ſublimati grana decem,
Conſervæ Roſarum rubrarum drachmam dimidiam. Fiat Bolus.

## BOLUS e MOSCHO.

R Conſervæ flavedinis corticum aurantiorum drachmam dimidiam,
Moſchi pulverati ſcrupulum ſemis.
Cum ſyrupo ſimplici fiat bolus ter die ſumendus.

## BOLUS e MYRRHA.

R Conſervæ flavedinis corticum aurantiorum,
Myrrhæ pulveratæ ſingulorum ſcrupulum unum,
Salis abſinthii grana quinque.
Cum ſyrupo ſimplici fiat bolus ter die ſumendus.

BOLUS

## BOLUS e MYRRHA CUM SPERMATE CETI.

℞ Spermatis ceti ſcrupulos duos,
Myrrhæ pulveratæ ſcrupulum unum.
Cum ſyrupo ſimplici fiat bolus ter die ſumendus.

## BOLUS NERVOSUS.

℞ Mithridatii ſcrupulos duos,
Caſtorei ruſſici pulverati ſcrupulum ſemis.
Syrupi e Meconio q. s. ut fiat bolus ter die ſumendus.

## BOLUS PECTORALIS.

℞ Spermatis ceti drachmam dimidiam,
Pulveris e Tragacantha compoſiti ſcrupulum unum.
Cum Syrupo ſimplici fiat bolus ter die ſumendus.

## BOLUS PECTORALIS ASTRINGENS.

℞ Pulveris e Tragacantha compoſiti,
Electarii e ſcordio ſingulorum drachmam dimidiam,
Syrupi e Meconio q. s. ut fiat bolus bis die ſumendus.

## BOLUS PURGANS.

R Gambogiæ pulveratæ grana quindecim,
Cremoris Tartari grana decem,
Radicis Zingiberis pulveratæ grana quinque.
Cum Syrupo ſimplici fiat bolus bis ſeptimana ſumendus.

## BOLUS RESTRINGENS.

R Conſervæ roſarum rubrarum ſcrupulos duos.
Terræ Japonicæ grana quindecim,
Aluminis rupei grana tria,
Syrupi e Meconio q. s. ut fiat bolus ex tinctura roſarum vel julepo ſtomachico ſumendus.

## BOLUS e RHEO.

R Electarii e ſcordio drachmam dimidiam,
Pulveris radicis rhei grana quindecim.
Cum ſyrupo ſimplici fiat bolus bis ſeptimana ſumendus.

## BOLUS e STANNO.

R Conſervæ flavedinis corticum aurantiorum ſcrupulum unum,
Stanni raſi drachmam unam,

Cum

Cum Syrupo ſimplici fiat bolus ter die ſumendus.

## BOLUS ad STRUMAS.

℞ Spongiæ uſtæ drachmam unam,
Conſervæ flavedinis corticum aurantiorum ſcrupulum unum.
Cum ſyrupo ſimplici fiat bolus ter die ſumendus

## BOLUS e SUBERE.

℞ Suberis uſti ſcrupulos duos.
Piperis longi pulverati grana decem.
Cum ſyrupo ſimplici fiat bolus bis die ſumendus.

CERATUM Epuloticum, } Ph. L.
——— Mercuriale, }

## COLLYRIUM ALUMINOSUM.

℞ Aquæ roſarum damaſcenarum uncias ſex.
Aluminis communis ſcrupulum unum.
Miſce.

## COLLYRIUM VITRIOLICUM.

℞ Vitrioli albi ſcrupulum unum,
Spiritus vitrioli tenuis drachmam dimidiam,

Aquæ roſarum damaſcenarum uncias duas. Miſce.

Dilutum dicitur ſi aquæ puræ unciæ duæ addantur.

CONFECTIO Alkermes, } Ph. L.
——— Cardiaca,

Doſis ſcrupulus unus ſexta quaque hora.

CONSERVA Flavedinis Corticum Aurantiorum, } Ph. L.
——— Fructus Cynosbati,
——— Rosarum rubrarum,

DECOCTUM ALBUM. Ph. L.

## DECOCTUM ASTRINGENS.

℞ Corticis peruviani unciam unam,
——— Granatorum,
Radicis tormentillæ ſingulorum unciam dimidiam.

Contunde et coque in aquæ puræ q. s. ad colaturæ libras duas.

Doſis cochlearia quatuor bis terve die.

## DECOCTUM BUTUÆ CUM CASCARILLA.

℞ Radicis pareiræ bravæ contuſæ uncias duas,

Corticis

Corticis caſcarillæ unciam unam.

Pareiram bravam in aquæ puræ libris tribus ad libram unam cum dimidia coque, et ſub finem coctionis caſcarilla addatur.

Doſis cochlearia quatuor bis terve die.

## DECOCTUM COMMUNE PRO ENEMATE. } Ph. L.

## DECOCTUM CAMPECHENSE.

R Raſuræ ligni campechenſis uncias tres,
Aquæ puræ libras quatuor.

Coque ad medias, addendo ſub finem coctionis cinnamoni drachmas duas et coletur.

Doſis cochlearia quatuor bis terve die.

## DECOCTUM DIÆTETICUM.

R Raſuræ ligni guaiaci,
—— ſaſſafras cum cortice, ſingulorum libram unam
Glycyrrhizæ inciſæ libram dimidiam.

Coque in aquæ puræ congiis ſex ad congios quatuor. Doſis libra dimidia ter die.

## DECOCTUM DIURETICUM.

R Radicis petroſelini vel fœniculi unciam unam,
Seminis dauci ſilveſtris drachmas tres,

Herbæ parietariæ unciam dimidiam,
Paſſularum majorum uncias duas,
Aquæ puræ libras tres.
Coque ad colaturæ libras duas, cui adde nitri drachmam unam.
Doſis cochlearia quatuor bis terve die.

## DECOCTUM FEBRIFUGUM,

℞ Corticis peruviani contuſi uncias duas,
Aquæ puræ libras tres.
Coque ad colaturæ libras duas, cui adde ſpiritus vinoſi tenuioris uncias duas.
Doſis unciæ duæ ter die.

## DECOCTUM LUSITANICUM.

℞ Antimonii crudi pulverati, in nodulo ligati, uncias duas,
Radicis farſæ inciſæ uncias tres,
—— Chinæ contuſæ unciam unam cum dimidia,
Juglandum integrarum viginti.
Coque in aquæ puræ libris decem ad colaturæ libras quinque.
Doſis libra dimidia quater die.

## DECOCTUM PECTORALE.

℞ Radicis glycyrrhizæ inciſæ uncias duas,
Coque in aquæ hordeatæ libris duabus ad libram unam cum dimidia.

Doſis

Doſis unciæ quatuor frequenter.

## DECOCTUM RUBIÆ TINCTORUM.

R Radicis rubiæ tinctorum uncias duas,
Aquæ puræ libras tres.
Decoque ad colaturæ libram unam cum dimidia et adde tincturæ ſtomachicæ uncias tres.

Doſis unciæ tres ter die.

## DECOCTUM SARSÆ

R Radicis ſarſæ inciſæ uncias tres.
Coque in aquæ puræ libris quatuor ad libras duas. Sub finem coctionis adde radicis glycyrrhizæ contuſæ unciam unam, et interdum radicis mezerei drachmas duas.

Bibat partitis vicibus quotidie.

## DECOCTUM SENEKÆ.

R Radicis ſenekæ contuſæ unciam unam,
Coque in aquæ puræ libris duabus ad colaturæ libram unam, cui adde aquæ piperis jamaicenſis ſpirituoſæ uncias duas, et ſyrupi ſimplicis unciam unam.

Doſis cochlearia tria ter die.

## DECOCTUM SIMAROUBÆ.

R Corticis ſimaroubæ contuſi drachmas duas,
Aquæ puræ libras duas.
Coque ad libram unam et cola.
Doſis unciæ duæ ter die.

## DECOCTUM ULMI.

R Corticis ulmi contuſi libram unam,
Coque in aquæ puræ q. s. ad colaturæ congium unum.
Doſis libra dimidia ter die.

## ELECTARIUM ALTERANS.

R Electarii lenitivi unciam unam,
Æthiopis mineralis,
Gummi guaiaci ſingulorum unciam dimidiam,
Cum ſyrupo ſimplici fiat electarium.
Doſis drachma una bis die.

## ELECTARIUM AD APHTHAS.

R Pulveris boracis drachmam unam,
Mellis virginalis, vel gelatinæ ribeſiorum, aut ſyrupi mororum unciam unam.
Fiat Electarium.
Doſis ſcrupulus unus ſepius in die.

## ELECTARIUM CHALYBEATUM.

R Electarii ſtomachici uncias duas cum dimidia,
Chalybis rubiginis unciam dimidiam.
Cum ſyrupo ſimplici fiat electarium.
Doſis drachma una bis die.

## ELECTARIUM LENITIVUM. Ph. L.

Doſis drachmæ duæ pro re nata.

## ELECTARIUM PERUVIANUM.

R Pulveris corticis peruviani unciam unam,
Syrupi ſimplicis q. s. ut ſiat electarium, cui interdum additur aluminis communis, vel pulveris rhei ſcrupulus unus.
Doſis drachmæ duæ ter die.

## ELECTARIUM PIPERINUM.

R Piperis nigri pulverati,
Conſervæ flavedinis corticum aurantiorum ſingulorum unciam unam.
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiat electarium.
Doſis drachma una bis die.

## ELECTARIUM PURGANS.

R Electarii lenitivi unciam unam cum dimidia,

Pulveris

Pulveris Radicis jalapii drachmas duas,
Cremoris tartari drachmam unam,
Syrupi e ſpina cervina q. s. ut ſiat electarium.

Doſis drachma una pro re nata.

ELECTARIUM e SCAMMONIO. Ph. L.

Doſis drachma una bis ſeptimana.

ELECTARIUM STOMACHICUM.

℞ Radicis zedoariæ,
—— Galangiæ,
Canellæ albæ,
Corticum aurantiorum ſiccatorum, ſingulorum unciam dimidiam.
Cum ſyrupo ſimplici ſiat electarium.

Doſis drachma una cum dimidia bis die.

ELIXIR ALOES. Ph. L.

ELIXIR PAREGORICUM. Ph. L.

Doſis drachma una omni nocte.

ELIXIR VITRIOLI DULCE, (Elixir Stomachicum dictum,) } Ph. L.
ELIXIR VITRIOLI ACIDUM. } Ph. L.

Doſis ſingulorum gutta triginta bis die.

EMBROCA-

## EMBROCATIO DISCUTIENS.

R Spiritus Mindereri uncias ſex,
—— Vinoſi tenuioris uncias tres.
Miſce.

## EMBROCATIO VOLATILIS ANODYNA.

R Spiritus vinoſi camphorati uncias ſex,
—— Salis ammoniaci,
Tincturæ thebaicæ ſingulorum unciam unam. Fiat embrocatio.

## EMPLASTRUM ANODYNUM.

R Emplaſtri e Cymino,
Ceræ flavæ ſingulorum unciam unam,
Opii colati,
Camphoræ ſingulorum drachmas duas.
Fiat S. A. Emplaſtrum.

EMPLASTRUM ATTRAHENS,
—————— CEPHALICUM,
—————— COMMUNE,
—— —— CUM GUMMI,
—— —— CUM MERCURIO,
—————— E CYMINO.
} Ph. L.

## EMPLASTRUM ISCHIADICUM.

R Picis burgundicæ uncias quetuor,

Pulveris

Pulveris euphorbii drachmam unam cum dimidia,
Terebinthæ venetæ q. s. ut fiat emplaſtrum.

## EMPLASTRUM ROBERANS.

R Emplaſtri communis,
Picis burgundicæ,
Colcothar vitrioli ſingulorum libram unam,
Olei olivarum uncias duas. S. A. Miſce.

## EMPLASTRUM e SAPONE Ph. L.

## EMPLASTRUM STIMULANS.

R Emplaſtri cephalici uncias quinque,
— Veſicatorii unciam unam. Miſce.

## EMPLASTRUM VESICATORIUM Ph. L.

## EMPLASTRUM VOLATILE.

R Salis volatilis ammoniaci drachmam unam,
Camphoræ drachmas duas,
Terebinthinæ venetæ q. s. ut fiat empalſtrum.

## EMULSIO EX ARO.

R Radicis Ari recentis,

Gummi

Gummi arabici ſingulorum unciam dimidiam,
Spermatis ceti drachmas duas,
Aquæ puræ uncias decem,
—— Nucis moſchatæ,
Syrupi flavedinis corticum aurantiorum ſingulorum unciam unam. S. A. fiat emulſio.

Doſis cochleare unum ſexta vel quarta quaque hora.

## EMULSIO OLEOSA.

R Olei olivarum uncias tres,
Aquæ alexeteriæ ſimplicis uncias ſex,
Spiritus ſalis ammoniaci cum calce drachmam unam,
Syrupi ſimplicis unciam unam. Miſce.
Doſis cochlearia quatuor ter die.

## ENEMA ASTRINGENS.

R Decocti aſtringentis, ( ſine cortice peruviano, ) uncias ſex,
Electarii e ſcordio unciam dimidiam.
Miſce.

## ENEMA ASTRINGENS CUM OPIO.

R Enematis aſtringentis uncias ſex,
Opii colati grana duo.
Fiat Enema,

ENEMA

## ENEMA COMMUNE.

℞ Decocti communis uncias decem,
Olei olivarum uncias tres,
Syrupi e ſpina cervina unciam unam.
Miſce.

Fætidum dicitur ſi aſæ fœtidæ drachma una cum dimidia addatur, et ſi ſalis cathartici amari uncia, fœtidum purgans.

## ENEMA EMOLLIENS.

℞ Aquæ hordeatæ libram unam,
Sacchari rubri,
Olei olivarum ſingulorum unciam unam.
Miſce.

## ENEMA EX OLEO.

℞ Olei olivarum uncias quinque pro enemate.

## ENEMA EX OLEO CUM OPIO.

℞ Olei olivarum uncias quinque,
Tincturæ thebaicæ drachmam unam.
Miſce.

## ENEMA TEREBINTHINATUM.

℞ Decocti communis uncias duodecim,
Terebinthinæ venetæ, (vittello ovi ſolutæ,)

tæ,) unciam dimidiam.
Miſce.

| | |
|---|---|
| EXTRACTUM CATHARTICUM, | Ph. L. |
| —— CORTICIS PERUVIANI, | |
| — RADICIS GENTIANÆ MOLLE, | |
| —— THEBAICUM, | |

## FOTUS ASTRINGENS.

℞ Corticis quercini libras duas.
Coque in aquæ puræ congiis ſex ad dimidiam, et colaturæ adde aluminis communis drachmas ſex. Fiat Fotus.

## FOTUS COMMUNIS.

℞ Foliorum abſinthii vulgaris,
—— Lauri,
—— Roris marini ſingulorum manipulos quatuor.
Coque in aquæ puræ q. s. ad colaturæ congium unum.

## FOTUS PAPAVERUM.

℞ Capitum papaverum alborum ſine ſeminibus uncias duas.
Coque in aquæ puræ libris duabus ad colaturæ libram unam. Interdum cum aceti uncia una.

## GARGARISMA ALEXETERIUM.

℞ Decocti pectoralis,
Infuſi alexeterii ſingulorum libram dimidiam.
Miſce. Interdum cum aceti unciis quatuor.

## GARGARISMA ALUMINOSUM.

℞ Aquæ hordeatæ libram unam,
Mellis roſacei uncias tres,
Aluminis communis unciam dimidiam.
Miſce.

## GARGARISMA e BORACE.

℞ Boracis pulverati drachmas duas,
Infuſi roſarum uncias octo,
Mellis roſacei unciam unam cum dimidia.
Fiat Gargariſma.

## GARGARISMA COMMUNE.

℞ Aquæ hordeatæ libram unam,
Mellis roſaeci uncias tres,
Spiritus vitrioli q. s. ad gratam aciditatem.
Miſce.

## GARGARISMA NITROSUM.

℞ Aquæ hordeatæ libram unam,
Nitri purificati drachmas ſex,
Mellis roſacei uncias tres.
Fiat Gargariſma.

## GARGARISMA VOLATILE.

℞ Infuſi paralytici libram unam,
Spiritus ſalis ammoniaci unciam unam.
Miſce.

## GUTTÆ ACOUSTICÆ.

℞ Olei amygdalini drachmas tres,
Spiritus ſalis ammoniaci drachmam unam.
Miſce.

## HAUSTUS ANODYNUS.

℞ Philonii londinenſis grana viginti quinque,
Aquæ menthæ vulgaris ſimplicis drachmas decem,
Aquæ piperis jamaicenſis drachmas duas.
Fiat hauſtus hora ſomni ſumendus.

## HAUSTUS DIURETICUS.

℞ Julepi e mentha uncias tres,
Salis diuretici drachmam unam.
Fiat hauſtus bis vel ter die ſumendus.

## HAUSTUS EMETICUS.

℞ Pulveris ipecacoanhæ grana viginti quinque,
Oxymellis ſcillitici drachmam unam,

Aquæ alexeteriæ ſimplicis unciam unam.
Miſce.

## HAUSTUS EPILEPTICUS.

℞ Pulveris radicis valerianæ ſylveſtris drachmam unam cum dimidia,
Julepi e mentha uncias duas,
Spiritus lavendulæ compoſiti drachmam dimidiam.
Fiat hauſtus ter die ſumendus.

## HAUSTUS OLEOSUS.

℞ Olei olivarum unciam dimidiam,
Julepi e mentha unciam unam.
Fiat hauſtus ter die ſumendus.
Interdum mannæ drachmæ tres adduntur.

## HAUSTUS OLEOSUS PURGANS.

℞ Olei olivarum unciam unam,
Aquæ alexeteriæ ſimplicis uncias tres,
—— Piperis jamaicenſis drachmas tres,
Salis cathartici amari unciam dimidiam.
Fiat Hauſtus.

## HAUSTUS OLEOSUS CUM RHEO.

℞ Olei lini recentis drachmas ſex,
Tincturæ rhei vinoſæ unciam dimidiam,
Aquæ puræ unciam unam,

Syrupi

Syrupi ex althæa drachmam unam,
Boli gallici drachmam dimidiam.
Fiat hauſtus mane, hora quinta pomeridiana et hora decubitus ſumendus.
Adde hauſtui nocturno tincturæ thebaciæ guttas viginti quinque.

## HAUSTUS ex OLIBANO.

R Olibani pulverati drachmam dimidiam,
Mellis virginalis q. s. ad ſolutionem,
Aquæ alexeteriæ ſimplicis unciam unam cum dimidia,
Aquæ piperis jamaicenſis,
Syrupi balſamici ſingulorum drachmas duas. Fiat hauſtus bis die ſumendus.

## HAUSTUS PURGANS.

R Infuſi ſenæ uncias tres,
Aquæ piperis jamaicenſis unciam dimidiam,
Syrupi e ſpina cervina unciam unam.
Miſce.

## HAUSTUS PURGANS CUM SALE CATHARTICO AMARO.

R Infuſi ſenæ uncias duas,
Salis cathartici amari unciam dimidiam,
Syrupi e ſpina cervina drachmas tres.
Fiat Hauſtus.

## HAUSTUS REFRIGERANS.

R Salis nitri purificati,
Sacchari albi ſingulorum drachmam dimidiam,
Aquæ alexeteriæ ſimplicis uncias duas,
Aquæ piperis jamaicenſis drachmas duas.
Fiat hauſtus ter die ſumendus.

## HAUSTUS e SUCCO LIMONUM.

R Succi limonum unciam dimidiam,
Julepi e mentha unciam unam cum dimidia.
Fiat hauſtus ter die ſumendus.

## HAUSTUS VOLATILIS.

R Salis volatilis ammoniaci grana quindecim,
Aquæ alexteriæ ſimplicis uncias tres,
Syrupi ſimplicis drachmam unam.
Fiat hauſtus ter die ſumendus.

## HIERA PICRA. Ph. L.

## INFUSUM ALEXETERIUM.

R Radicis contrayervæ,
——— Serpentariæ virginianæ ſingulorum drachmas duas,
Aquæ bullientis uncias duodecim.

Macera

Macera per bihorium et colaturæ adde aquæ piperis jamaicenſis uncias quatuor et ſyrupi ſimplicis unciam unam.

Doſis cochlearia quatuor ſextis horis.

## INFUSUM ALEXETERIUM CUM ACETO.

R Infuſi alexeterii libram unam,
Aceti diſtillati uncias duas. Miſce.

Doſis cochlearia quatuor ſextis horis.

## INFUSUM AMARUM. Ph. L.

Interdum cum ſalis abſenthii ſcrupulo uno, vel ſalis dicuretici drachma una.

Doſis unciæ duæ ter die.

## INFUSUM ANTHELMIÆ.

R Herbæ anthelmiæ integræ unciam dimidiam,
Aquæ bullientis libram dimidiam.
Macera per bihorium et cola.

Doſis uncia una cum dimidia mane, et unciæ duæ veſperi.

Interdum adduntur radicis ſerpentariæ virginianæ drachmæ duæ.

## INFUSUM JUNIPERI.

R Baccarum juniperi contuſarum uncias octo.

Inſunde

Infunde in aquæ bullientis libris tribus et colaturæ adde aquæ juniperi compoſitæ uncias ſex.

Doſis unciæ quatuor bis die.

## INFUSUM PARALYTICUM.

R Radici raphani ruſticani,
Seminum ſinapis contuſorum ſingulorum uncias duas,
Canellæ albæ drachmas ſex,
Aquæ bullientis libras tres.
Macera per bihorium et colaturæ adde ſpiritus vinoſi tenuioris uncias quatuor.

Doſis unciæ tres bis die.

## INFUSUM PERUVIANUM FRIGIDUM.

R Corticis peruviani in pulverem craſſum redacti unciam unam,
Aquæ puræ uncias duodecim.
Infundatur ſine calore per horas quadraginta et colaturæ adde ſpiritus vinoſi rectificati drachmas ſex.

## INFUSUM RHABARBARINUM.

R Rhabarbari inciſi unciam unam,
Aquæ bullientis libram unam.
Infunde per noctem, et colaturæ adde aquæ

piperis jamaicenſis uncias duas.

Doſis nuciæ duæ.

## INFUSUM SENÆ. Ph. L.

## INFUSUM VALERIANÆ.

℞ Radicis valerianæ ſylveſtris contuſæ unciam unam.

Aquæ bullientis libram unam.

Macera et colaturæ adde ſpiritus lavendulæ compoſiti drachmas ſex.

Doſis unciæ tres bis terve in die.

## JULEPUM e CAMPHORA. Ph. L.

Doſis unciæ duæ ter die.

## JULEPUM e CAMPHORA ACETOSUM.

℞ Camphoræ drachmam unam,

Gummi arabici drachmas duas,

Sacchari albiſſimi unciam unam,

Aceti libram unam. Miſce et fiat julepum.

Doſis unciæ duæ ter die.

## JULEPUM e CRETA. Ph. L.

Doſis unciæ tres ter die.

JULE-

## JULEPUM DIURETICUM.

R Spiritus mindereri uncias quatuor,
Aquæ raphani compoſitæ uncias duas,
Syrupi ex althæa uncias tres.
Miſce et fiat julepum.
Doſis uncia una ter die.

## JULEPUM HYSTERICUM.

R Aquæ pulegii ſimplicis uncias octo,
———— ſpirituoſæ unciam unam cum dimidia,
Syrupi ſimplicis unciam dimidiam.
Miſce.
Doſis unciæ duæ quater die.

## JULEPUM e MENTHA.

R Aquæ menthæ vulgaris ſimplicis uncias octo,
Aquæ menthæ vulgaris ſpirituoſæ unciam unam cum dimidia,
Syrupi ſimplicis unciam dimidiam.
Miſce et interdum adde ſpiritus minderi unciam unam cum dimidia.
Doſis unciæ duæ quater die.

## JULEPUM e MOSCHO. Ph. L.

Doſis unciæ duæ ter die.

JULEPUM

## JULEPUM STOMACHICUM.

℞ Aquæ menthæ vulgaris ſimplicis uncias octo,
Conſervæ roſarum rubrarum unciam unam,
Elixir vitrioli acidi drachmam unam.
Miſce et filtretur ut fiat julepum.
Doſis unciæ duæ ſexta quaque hora.

## JULEPUM STYPTICUM.

℞ Aquæ puræ uncias octo,
Tincturæ ſtypticæ uncias duas,
Syrupi ſimplicis unciam dimidiam.
Miſce.
Doſis unciæ duæ ter die.

## JULEPUM SUBLIMATUM.

℞ Mercurii corroſivi ſublimati grana octo,
Spiritus vinoſi tenuioris libram unam.
Fiat Julepum.
Doſis uncia dimidia bis die.

## JULEPUM VITÆ BATEANUM.

℞ Vitellos ovorum recentium duorum,
Sacchari albiſſimi unciam dimidiam,
Olei cinnamoni guttas tres,
Vini albi vel hyſpanici uncias ſex.
Exactiſſime miſceantur et fiat julepum in languoribus ſumendum.

LAC.

## LAC AMMONIACI. Ph. L.

Doſis unciæ duæ ter die.

## LINIMENTUM ALBUM.

℞ Axungiæ porcinæ uncias quatuor,
Mercuri præcipitatii albi drachmas duas.
Fiat Linimentum.

## LINIMENTUM ad AMBUSTIONES.

℞ Aquæ calcis ſimplicis unciam unam,
Olei olivarum unciam dimidiam.
Fiat Linimentum.

## LINIMENTUM e BORACE.

℞ Boracis pulverati drachmas duas,
Vitellum ovi unius,
Olei olivarum unciam unam.
Fiat Linimentum.

## LINIMENTUM e PETROLEO.

℞ Petrolei barbadenſis,
Spiritus vinoſi rectificati ſingulorum uncias duas.
Fiat Linimentum.

## LINIMENTUM EPISPASTICUM.

℞ Cantharidum in pulverem redactarum unciam dimidiam,

Opii

Opii colati drachmam unam.
Coquantur in aquæ puræ libra dimidia ad uncias quatuor, colaturæ adde unguenti baſilici flavi libram dimidiam. Iterum coque ad conſiſtentiam unguenti, et tum miſturæ adhuc calidæ adde camphoræ, (in oleo ſolutæ,) drachmam unametfiat linimentum.

## LINIMENTUM SAPONACEUM. Ph. L.

## LINIMENTUM VOLATILE.

R Olei e pedibus bovinis libram unam,
Spiritus vinoſi camphorati,
——— Salis ammoniaci ſingulorum uncias tres. Fiat Linimentum.

## LIXIVIUM LITHONTHRIPTICUM.

R Cauſtici communis fortioris drachmas duas,
Aquæ puræ libram unam. Miſce.
Doſis drachmæ duæ ex juſculo vervicino.

## LIXIVIUM TARTARI Ph. L.

Doſis a guttis viginti ad drachmam unam bis die.

## LOTIO MERCURIALIS.

℞ Aquæ puræ diſtillatæ libram unam,
Mercurii corroſivi ſublimati grana quatuor
Fiat Lotio.

## LOTIO SULPHURATA.

R Florum ſulphuris libram unam,
Salis alkalini fixi uncias quatuor.
Coque in aquæ puræ libris duodecim ad libras octo, dein cola et in uſum ſervetur.

## MEL ÆGYPTIACUM. } Ph. L.
## —— ROSACEUM. } Ph. L.

## MERCURIUS ALKALIZATUS.

R Argenti vivi purificati uncias quatuor,
Oculorum cancrorum uncias ſex.
Terantur ſimul in mortario lapideo donec unitas facta ſit.

## MISTURA ACIDA.

R Spiritus vitrioli fortis drachmam unam,
Aquæ puræ uncias quinque cum dimidia,
—— Piperis jamaicenſis unciam dimidiam.
Fiat Miſtura.

## MISTURA ALKALINA.

℞ Salis abſinthii drachmas duas,
Aquæ puræ uncias ſex. Miſce.

Doſis cochlearia duo cum cochleariis duobus miſturæ acidæ ter die.

## MISTURA ANTIEMETICA.

℞ Salis abſinthii drachmas duas,
Succi limonum uncias tres,
Julepi e mentha uncias ſex.
Fiat Miſtura.

Doſis cochlearia tria ſexta quaque hora.

## MISTURA ANTIHECTICA.

℞ Myrrhæ drachmam unam,
Aquæ alexeteriæ ſimplicis uncias ſex cum dimidia,
——— ſpirituoſæ drachmas ſeptem,
Salis abſinthii drachmam dimidiam,
Salis martis grana duodecim,
Syrupi ſimplicis drachmas duas.

Salem abſinthii cum myrrha primum in mortareo lapideo tere, deinde ſalem martis adde, et poſtremo ſyrupum et aquas gradatim ut fiat Miſtura.

## MISTURA ASTHMTICA.

R Aquæ menthæ vulgaris ſimplicis uncias duas,
Aquæ piperis jamaicenſis,
Oxymellis ſcilitici ſingulorum unciam unam. Miſce.
Doſis cochleare unum frequenter.

## MISTURA COPAIBÆ.

R Balſami copaibæ drachmas tres,
Olei juniperi guttas triginta,
Mucilaginis gummi arabici unciam dimidiam,
Aquæ puræ uncias ſex,
Spiritus vinoſi tenuioris,
Syrupi ex althæa ſingulorum unciam unam. S. A. fiat Miſtura.
Doſis cochleare largum bis terve die.

## MISTURA CARDIACA.

R Julepi e mentha uncias octo,
Confectionis cardiacæ drachmas duas. Fiat Miſtura.
Doſis cochlearia tria ſexta quaque hora.

## MISTURA CATHOLICA.

R Tincturæ ſacræ congium unum,
Syrupi e meconio libram unam,

Salis

Salis volatilis cornu cervi uncias tres.
Miſce.
Doſis uncia dimidia omni nocte.

## MISTURA FEBRIFUGA.

℞ Miſturæ alkalinæ,
—— acidæ ſingulorum partes æquales.
Miſce.
Doſis cochlearia quatuor ter die.

## MISTURA FŒTIDA.

℞ Aſæ fœtidæ drachmas duas,
Aquæ diſtillatæ uncias octo.
Tere in mortario cum aqua donec ſolvatur gummi.
Doſis cochleare unum pro re nata.

## MISTURA PECTORALIS.

℞ Olei olivarum,
Syrupi ſimplicis ſingulorum uncias duas.
Miſce.
Doſis cochlearia duo ter die.

## MISTURA PECTORALIS cum DIACODIO.

℞ Olei olivarum uncias quatuor,
Syrupi e meconio uncias duas. Miſce.
Doſis cochlearia duo ter die.

## MISTURA e SCORDIO.

R Electarii e ſcordio unciam dimidiam,
Julepi e creta uncias ſex,
Aquæ piperis jamaicenſis uncias duas.
Miſce.

Doſis cochlearia duo poſt ſingulas ſedes liquidas.

## MITHRIDATUM, Ph. L.

## OXYMEL ex ALLIO. } Ph. L.
## ——— SCILLITICUM. }

## PHILONIUM LONDINENSE, Ph. L.

## PILULÆ ALTERANTES.

R Mercurii dulcis præparati drachmam unam,
Electarii e ſcordio drachmas duas,
Pulveris glycyrrhizæ q. s.
Fiant pilulæ ſexagiuta.
Doſis duæ nocte maneque.

## PILULÆ ALUMINOSÆ.

R Pulveris terræ japonicæ,
——— Gummi arabici,
——— Sanguinis draconis,
——— Aluminis rupei,
ſingulorum drachmam unam,

Inter-

Interdum rhei drachmam unam,
Terebinthinæ e chio q. s. ut fiant pilulæ mediocres.
Doſis quatuor bis die.

## PILULÆ ex AMMONIACO.

R Gummi ammoniaci ſcurpulum unum,
Pilularum e ſtyrace grana ſex.
Fiant pilulæ ſex hora ſomni ſumendæ.

## PILULA ANODYNA.

R Opii puri granum unum.
Extracti glycyrrhizæ grana tria.
Fiat pilula hora ſomni ſumenda.

## PILULÆ BALSAMICÆ.

R Millepedarum præparatarum drachmas tres,
Gummi ammoniaci drachmam unam cum dimidia,
Florum benzoini drachmam unam,
Croci pulverati,
Balſami peruviani ſingulorum grana quindecim,
Balſami ſulphuris ſimplicis q. s.
Fiant pilulæ quatuor e ſingulis ſcrupulis bis die ſumendæ.

## PILULÆ CATARRHALES.

R Succi glycyrrhizæ drachmas duas,

Aloes

Aloes ſocotorinæ drachmam unam,
Pilularum e ſtyrace drachmam dimidiam,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiant pilulæ mediocres. Doſis quatuor omni nocte.

## PILULÆ e CICUTA.

R Extracti cicutæ in maſſam pilularem cum pulvere cicutæ redacti quantum vis.
Doſis a granis quinque ad drachmam dimidiam bis die.

## PILULÆ CŒRULEÆ, eadem cum PILULIS MERCURIALIBUS. Ph. L.

Doſis drachma dimidia omni mane.

## PILULÆ ex COLOCYNTHIDE cum ALOE. Ph. L.

## PILULÆ DIURETICÆ.

R Saponis amygdalini drachmam unam,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiant pilulæ decem.
Doſis quinque ter die.

## PILULÆ ECPHRACTICÆ.

R Pilularum rufi,
Salis martis ſingulorum drachmam unam,

Galbani

Galbani drachmam dimidiam,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiant pilulæ triginta.
Doſis quatuor omni nocte.

## PILULÆ FŒTIDÆ.

R Aſæ ſœtidæ drachmam unam,
Tincturæ fœtidæ q. s. ut fiant pilulæ mediocres.
Doſis tres bis die.

## PILULÆ HYDRAGOGÆ.

R Argenti vivi drachmas duas,
Terebinthinæ venetæ drachmam unam,
Pulveris Scammonii,
——— Radicis jalapii,
——— Gambogiæ ſingulorum drachmas duas,
Syrupi e ſpina cervina q. s. ut fiant pilulæ mediocres.
Doſis quatuor omni nocte.

## PILULÆ HYSTERICÆ.

R Gummi Ammoniaci,
——— Galbani ſingulorum drachmam unam,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiant pilulæ mediocres.
Doſis tres bis terve in die.

PILU-

## PILULÆ MERCURIALES.

R Pilularum ex colocynthide cum aloe unciam unam,
Mercurii dulcis præparati unciam dimidiam,
Syrupi e ſpina cervina q. s. ut fiant pilulæ mediocres.
Doſis drachma dimidia bis terve ſeptimana.

## PILULÆ PLUMMERI.

R Sulphuris aurati antimonii,
Mercurii dulcis præparati ſingulorum drachmas duas,
Gummi guaiaci drachmas tres,
Reſinæ guaiaci drachmam unam,
Balſami copaibæ q. s. ut fiant pilulæ duodecim e ſingulis drachmis.
Doſis ſcrupulus unus omni nocte.

## PILULÆ RESTRINGENTES.

R Sarcocollæ,
Olibani,
Maſtiches,
Cinnamomi ſingulorum drachmam unam,
Meccilaginis gummi tragacanthæ q. s. ut fiat maſſa pilularis.
Doſis ſcrupulus unus vel alter bis die.

PILU-

## PILULÆ RHEUMATICÆ.

R Mercurii dulcis præparati,
Tartari emetici,
Extracti thebaici ſingulorum ſcrupulum unum,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiant pilulæ ſexaginta.

Doſis una omni nocte.

## PILULÆ RUFI. Ph. L.

Doſis grana quindecim omni nocte vel pro re nata.

## PILULÆ SAPONACEÆ. Ph. L.

Doſis grana decem ſingulis noctibus.

## PILULÆ SCILLITICÆ.

R Saponis amygdalini,
Gummi ammoniaci,
Scillarum recentium ſingulorum unciam dimidiam,
Enulæ campanæ drachmas duas,
Balſami copaibæ q. s. ut fiant pilulæ mediocres.

Doſis quatuor bis vel ter die.

## PILULÆ STOMACHICÆ.

℞ Pulveris radicis ſerpentariæ virginianæ,
Hieræ picræ ſingulorum drachmas duas,
Extracti gentianæ unciam dimidiam,
Syrupi ſimplicis q. s. ut fiant pilulæ mediocres.

Doſis quatuor bis die.

## PILULÆ e STYRACE. Ph. L.

Doſis grana quinque omni nocte.

## PILULÆ SYPHILICAE.

℞ Mercurii calcinati drachmam unam,
Corallii rubri præparati drachmas duas,
Conſervæ roſarum rubrarum q. s. ut fiant pilulæ ſexaginta.

Doſis una omni nocte.

## PILULAE TEREBINTHINAE.

℞ Pulveris glycyrrizæ unciam unam.
Terebinthinæ venetæ q. s. ut fiat maſſa pilularis.

Doſis piluæ quatuor bis die.

## PULVIS ALEXETERIUS.

℞ Chelarum cancrorum præparatarum ſcrupulum unum,
Pulveris radicis contrayervæ grana ſex,

Serpen-

Serpentariæ virginianæ grana quatuor.
Fiat pulvis ſexta quaque hora ſumendus.

## PULVIS ANTIMONIALIS.

R Calcis antimonii lotæ grana undecim,
Tartari emetici granum unum,
( Nitri interdum grana decem.)
Fiat pulvis.
Doſis grana tria bis terve die.

## PULVIS CONTRAYERVÆ com. Ph. L.

Doſis ſcrupulus unus ſexta quaque hora.

## PULVIS DIURETICUS.

R Pulveris cinerum geniſtæ drachmam unam,
Radicis ſcillarum pulveratæ grana quinque,
Specierum aromaticarum grana quatuor.
Fiat Pulvis bis die ſumendus.

## PULVIS FEBRIFUGUS ANTIMONIALIS.

R Antimonii crudi uncias quatuor,
Nitri puri uncias ſeptem.
Separatim in pulverem trita miſceantur, deinde gradatim injiciatur miſtura in cru-

ꝛcibulum leviter candens. Materia ab igne remota aqua bullienti abluatur, et in pulverem ſubtiliſſimum reducatur.

Doſis grana decim ad drachmam dimidiam uſque.

## PULVIS FLORUM CARDANIMES.

℞ Pulveris florum cardanimes drachmam dimidiam.
Fiat pulvis bis vel ter die ſumendus.

## PULVIS LAXANS.

℞ Magneſiæ albæ drachmam dimidiam,
Pulveris rhei ſcrupulum ſemis,
Zingiberis grana tria. Miſce.

## PULVIS ad LUMBRICOS.

℞ Corallinæ pulveratæ,
Scammonii ſingulorum unciam unam cum dimidia,
Mercurii dulcis præparati unciam unam,
Reſinæ jalapii drachmas duas.
Fiat pulvis.
Doſis grana quindecim bis terve in ſeptimana.

PULVIS OPTHALMICUS. i. e.

Vitrum ſubtiliſſime tritum.

PULVIS PERUVIANUS cum RHEO.

℞ Pulveris corticis peruviani drachmam unam,
Radicis rhei grana tria.
Fiat pulvis tertia quaque hora ſumendus.

Doſis corticis ſine rheo etiam drachma eſt tertia quaque hora ſumenda.

PULVIS PURGANS.

℞ Pulveris jalapii drachmam dimidiam,
Cremoris tartari ſcrupulum unum.
Fiat pulvis bis ſeptimana ſumendus.

PULVIS PURGANS cum MERCURIO.

℞ Pulveris radicis rhei ſcrupulum unum,
Mercurii dulcis præparati grana decem.
Fiat pulvis bis ſeptimana ſumendus.

PULVIS e SCAMMONIO comp. Ph. L.

PULVIS ad SCORBUTICOS.

℞ Radicis pimpinellæ ſaxifragæ,
——— Gladioli lutei ſingulorum partes æquales. Fiat pulvis.

Doſis drachma dimidia bis die.

## PULVIS e STANNO.

R Stanni raſi drachmas tres,
Corallinæ pulveratæ unciam unam;
Miſce.
Doſis drachma una ter die.

## PULVIS TESTACEUS.

R Chelarum cancrorum præparatarum drachmam dimidiam.
Fiat pulvis bis die ſumendus.

## SAL SODÆ.

R Sodæ hiſpanicæ pulveratæ q. pl.
Aquæ fluviatilis bullientis q. s. ad ſolutionem.
Lixivium per chartam coletur, et poſt lenem evaparationem in vaſe vitreo et loco frigido ſeponetur ut cryſtalli formentur.

## SERUM ALUMINOSUM. Ph. L.

## SERUM SCORBUTICUM. Ph. L.

Doſis unciæ tres ter die.

## SINAPISMUS.

R Farinæ tritici,

Seminum ſinapis pulveratorum ſingulorum uncias duas.
Cum aceto fiat Sinapiſmus.

| | | |
|---|---|---|
| SPIRITUS LAVENDULÆ COMP. | | Ph. L. |
| ——— | NITRI DULCIS, | |
| ——— | SALIS AMMONIACI, | |
| ——— | VINOSUS camphoratus | |
| ——— | VITRIOLI TENUIS. | |
| ——— | VOLATILIS aromaticus | |

## STANNUM ÆTHIOPICUM.

R Stanni raſi uncias ſeptem,
Argenti vivi unciam unam,
Florum ſulphuris drachmam unam.
Terantur ſimul ad pulverem tenuiſſimum.
Doſis drachma dimidia ad drachmam unam bis die.

## SUCCI SCORBUTICI. Ph. L.

## SUCCI URTICARUM.

Doſis unciæ duæ bis die.

| | | |
|---|---|---|
| SYRUPUS ex ALTHÆA, | | Ph. L. |
| ——— | CARYOPHYLLORUM, | |
| ——— | CROCI, | |
| ——— | e MECONIO, | |
| ——— | SIMPLEX, | |
| ——— | e SPINA CERVINA. | |

THERIACA ANDROMACHI. Ph. L.

TINCTURA AMARA. Ph. L.

## TINCTURA AROMATICA.

℞ Radicis galangæ contuſæ drachmas ſex,
Seminum cardamomi minoris decorticatorum drachmas duas,
Spiritus vinoſi tenuioris libram unam et digere per ſeptimanam ſine calore dein filtretur ad uſum.

TINCTURA CANTHARIDUM,
——— CARDAMOMI,
——— CASTOREI,
——— CORTICIS peruviani ſimplex et volatilis.
——— CROCI.
} Ph. L.

## TINCTURA DIURETICA.

℞ Tincturæ cantharidum unciam unam.
Spiritus nitri dulcis drachmas duas.
Miſce.
Doſis guttæ triginta bis vel ter die.

## TINCTURA EMMENAGOGA.

℞ Radicis hellebori nigri contuſæ uncias quatuor,
Spiritus vinoſi tenuioris libram unam.

Fait

Fiat Tinctura.
Doſis guttæ quadraginta bis die.

TINCTURA Florum martialum
——— Fœtida,
——— Fuliginis,
——— Guaiacina volatilis. } Ph. L.

## TINCTURA JAPONICA.

R Terræ japonicæ unciam unam,
Corticis peruviani contuſi
Balauſtiorum ſingulorum unciam dimidiam,
Spiritus vinoſi tenuioris libram unam.
Fiat Tinctura.
Doſis drachmæ duæ ter die.

TINCTURA Martis,
in Spiritu Salis,
Myrrhæ,
Rosarum. } Ph. L.

## TINCTURA RHABARBARI.

R Rhabarbari inciſi uncias tres,
Zingiberis drachmas duas,
Spiritus vinoſi tenuioris libram unam,
Aquæ puræ libras duas. Fiat Tinctura.

## TINCTURA SACRA.

℞ Hieræ picræ uncias tres,
Spiritus vinoſi tenuioris libram unam,
Aquæ puræ libras duas. Fiat Tinctura.

TINCTURA SATURNINA,
——— SENÆ,
——— SERPENTARIÆ,
——— STYPTICA,
——— THEBAICA.
} Ph. L.

VINUM ANTIMONIALE. Ph. L.

## VINUM ANTIMONIALE ANODYNUM.

℞ Vini antimonialis drachmas ſex,
Tincturæ thebaicæ drachmas duas.
Miſce.
Doſis drachma una omni nocte.

## VINUM EMETICUM.

℞ Tartari emetici ſcrupulos duos,
Aquæ bullientis uncias tres,
Corticum limonum recentium drachmas duas,
Vini montani uncias octo.
Stent ſimul per horas duodecim, dein filtretur liquor et ſervetur ad uſum.

Doſis

Doſis drachma una ex aquæ puræ cochleare uno omni quadrante horæ, donec vel vomitus vel alvus moveatur.

## UNGUENTUM BASILICUM FLAVUM.

R Ceræ flavæ uncias ſex,
Reſinæ flavæ uncias tres,
Terebinthinæ communis unciam unam cum dimidia,
Olei olivarum libram unam.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM CITRINUM, Ph. E.

## UNGUENTUM EMOLLIENS.

R Unguenti ex althæa uncias quatuor,
Olei terebinthinæ unciam unam.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM EPULOTICUM.

R Ceræ albæ uncias decem,
Lapidis caliminaris præparati uncias octo,
Olei olivarum libram unam.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM e GUMMI ELEMI. Ph. L.

UN-

## UNGUENTUM MERCURIALE.

R Argenti vivi uncias ſex,
Terebinthinæ venetæ unciam unam,
Axungiæ porcinæ curatæ uncias quatuordecim. Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM MERCURIALE CUM CAMPHORA.

R Unguenti mercurialis uncias duas,
Camphoræ unciam dimidiam.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM OPHTHALMICUM.

R Axungiæ porcinæ curatæ uncias quatuordecim cum dimidia,
Ceræ flavæ,
Camphoræ,
Tutiæ præparatæ ſingulorum unciam dimidiam.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM PALLIDUM.

R Axungiæ porcinæ curatæ libras quatuor,
Mercurii corroſivi rubri bene pulverati, uncias ſex.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM PSORICUM.

R Axungiæ porcinæ curatæ libras quatuor,
Sulphuris

Sulphuris vivi pulverati libram unam.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM REFRIGERANS.

R Olei olivarum,
Ceræ albæ ſingulorum libram dimidiam,
Spermatis ceti uncias tres.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM SATURNINUM.

R Sacchari ſaturni uncias quinque,
Ceræ albæ uncias decim,
Olei olivarum libram unam.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM e SPERMATE CETI.

R Olei olivarum libram unam,
Ceræ albæ uncias ſex,
Spermatis ceti uncias quatuor.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM ad TINEAM.

R Picis liquidæ libram unam,
Sulphuris vivi pulverati uncias quatuor,
Ceræ flavæ unciam unam.
Fiat Unguentum.

## UNGUENTUM VIRIDE.

R Unguenti baſilici flavi libram unam,
Æruginis æris præparatæ uncias duas.
Fiat Unguentum.

F I N I S.

A. D. 1782.